29. 9bre 1367.

Notum facimus quod Exhibitæ et tradita in curia nostra Litteræ quarum tenor sequitur in hæc verba.

Carolus Regis franciæ primogenitus ipsius que locum tenens Dux Normandiæ et Delphinus Viennensis universis præsentes Litteras inspecturis salutem. Cum Reffomatores generales nuper ex parte nostra super reffomatione omnium et singulorum

Du vol. 4. coté 6. fol. 407. vo

officiariorum et aliarum personarum dicti
Regni deputati ex officio vel aliter
imponentes huguelino dicto Bonier Magistro
particulari monetæ argenti parisiensis
pluria maleficia et delicta in et super
facto dictæ monetæ dampnabiliter perpetrasse
ipsum huguelinum tanquam prisonarium
capi et carceri mancipari dudum fecissent,
et post modum auditis super his responsionibus
dicti huguelini iidem reformatores
eumdem huguelinum a dicto carcere
mediante certa et idonea cautione primo
per villam parisiensem demum que
quodam alio tractu temporis per totum
franciæ Regnum usque ad certum
tempus jam elapsum elargarunt, quo
durante tempore nil dampnabile contra
prædictum huguelinum post responsiones
suas prædictas ex parte dictorum
Reformatorum vel alterius cujus=
=cumque personæ de eo conquerentis vel

aliter extitit propositum, et nihilominus
certi alii Commissarii a nobis super
facto dictarum monetarum deputati
dictum ipsum Huguelinum voluerunt capi
et in Castelleto Parisiensi incarcerari, bona
qui ejus saisiri fecerunt, Et post haec,
ex praecepto nostro sub certa cautione
ubique fuerat Elargatus propter quod
praedictus Huguelinus nobis humiliter
fecit supplicari ut super hoc de remedio
gratioso sibi providere dignaremur; Notum
itaque facimus quod nos praemissa
considerantes ac etiam fidelia servitia
per ipsum Charissimo Domino et Avo nostro
Regi Philippo cujus anima in bonis
Demoretur nec non Charissimo Domino
Genitori nostro de cursu impensa temporibus
et quae per Eum in posterum speramus
fidelius impendi ac famae laudabilis et
conversationis honestae praeconium super
quo decenter ornatus prout haec omnia

nobis testatur relatio fide digna praefatum
hugvelmum a dicto carcere seu prisione
et omni-moda prosecutione contra eum
per dictos Reformatores et commissarios
incaepta vel inchoata ex certa nostra
scientia gratia speciali et autoritate Regia
qua nunc fungimur et ex causa plenarie
et omnino liberamus omnes que et
singulos fidejussores et plegios suos a dicta
cautione ex integro quittamus et quittos
et liberos permanere volumus ab eadem
ac etiam quorumcumque maleficiorum
seu delictorum super praemissis vel ea
tangentibus ipsi Guillelmo impositorum seu
imponendorum aut contra eum quocumque
modo prosequendorum omnimodam
cognitionem et decisionem nobis in nostra
propria persona reservamus et tenore
praesentium retinemus, mandantes dilectis
et fidelibus gentibus quae futurum
Parlamentum proximum dicti Domini nostri

Parisius tenebunt, nec non præposito Parisiensi universis que et singulis Commissariis deputatis aut deputandis super facto monetarum dicti Domini nostri et nostrarum quacumque autoritate fungentibus et quocumque nomine censeantur, cæteris que Justitiariis dicti regni et eorum Cuilibet prout ad eum pertinuerit aut eorum loca tenentibus quatenus Dictum hugueninum et ejus fidejussores et plegios nostra præsenti gratia uti et gaudere quiete faciant et permittant nec ipsos aut alterum contra hujus Seriem in corpore vel in bonis occasione præmissorum seu ea tangentium vexent, compellant, aut molestent, vexari, compelli, vel molestari quo quomodo permittant, quin imo bona eorum si quæ propter ea fuerint capta saisita vel arrestata eisdem deliberent Parisius præsentibus indilate. in cujus rei testimonium sigillum Castelleti Parisiensis

his praesentibus in absentia magni dicti Domini et Genitoris nostri duximus apponendum. Datum Parisius xxvii die octobris anno Domini millesimo trecentesimo LXII°.

Ipsa Curia nostra visis hujusmodi litteris et Procuratori nostro ostensis ipso que super hoc audito et consentiente eisdem litteris obtemperavit et contenta in ipsis juxta earum seriem et tenorem Huguenino Bernerii memorato teneri ac observari, ac ipsum in contrarium a quoquam in corpore sive bonis nullatenus deinceps inquietari aut molestari et praecepit.

In Cujus rei testimonium sigillum Castelleti nostri Parisiensis in absentia magni praesentibus litteris

duximus exponendum penultima die Novembris.

Dionysius. /.

ADMINISTRATION MUSÉE DES MONNAIES